Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift





gente: uel aliud quid faciente si fuerit deus ante oculos tuos in nullo te
inimicus poterit deterrere. & si talis cogitatio manserit in homine: etiã di
uirtus manet in eo. De dilectione proximi & correptione fratrna. xl. i.

Duo sunt erga dilectionem proximi con
seruanda. unum ne malum quis inferat. alterum ut bonũ im
pendat. Primum ut caueat ledere: sequens ut discat prestare. Ami
citia est animorum societas. Hec quippe a duobus incipit. Nam minus quã
inter duos dilectio cẽ non poterit. Tunc uere amicus amatur: si non prose.
sed pro deo amatur. Qui uero pro se amicum diligit. insipientẽ eum ãplecti
tur. Multum in terra dimersus est. qui carnaliter hominem moriturum
plus diligit quam oportet. Non debet uitia aliena corripere: qui adhuc
uitiorum cogitationibus seruit. Inprobum est enim arguere quẽquã
in alio. quod adhuc reprehendit in semetipso. Qui ueracit̃ fraternam
uult corripere ac sanare infirmitatem. talem se prestare fraterne utili
tati studeat. ut eum quem corripere cupit humili corde ammoneat.
hoc faciens ex compassione quasi communis periculi. ne forte & ipse subi
ciatur temptationi. Sicut uiri spirituales alieni peccati emẽdationem
expectant. ita proterui delinquentibus deridendo insultant. & quantum
in ipsis est eos insanabiles putant. nec declinant cor ad conpatiendi miseri
cordiam. s; super uenientes detestantur atq; blasphemant. Pleriq; correp
tionem suam officium caritatis existimant. pleriq; uero hoc ipsum quod
ex caritate corripiuntur ad iniurie contumeliam trahunt. Unde fuerit.
ut ex eo deteriores efficiantur: ꝑquod emendari obediendo potuerunt.
Salubriter accipiunt iusti. quotiens de suis excessibus arguuntur: Ini
quis molesta est ueritas & amara disciplina iusticie: nec delectantur nisi loq̃ris
placentia proprie in becillitati. Corda reproborum lubrica sunt ad ma
lum consentiendum & fluxa. ad bonum uero consentiendum durissi
ma. De talibus salamon ait. Qui erudit derisorem. ipse facit sibi iniu
riam. De bono aut̃. Doce iustum inquit. & festinabit accipere. In odium
enim contra corripientem se uertitur malus. sed si ab increpatione
ipsius idcirco reticemus. quia contra nos insurgere odia formidamus.
non iam lucra di. s; nostra proculdubio querimus. Sciendũ magnope
est. quod non numquam cum redarguuntur praui deteriores existunt.
nosq; magnis odiis insequuntur: Ipsis ergo & non nobis parcimus. si ab eo
rum redargutione peorum amore cessamus. Necesse est nobis. ut aliquan
do tolleremus tacendo odiosis quod sunt. quatinus in nobis discant